**E**xemplū. grad<sup>9</sup> ascendētis est scōs grad<sup>9</sup> signi geminorū sicut dictū est: et est pria dom<sup>9</sup>. et grad<sup>9</sup> q̄ cecidit sup lineā mediū celi ē 14 aq̄ry. volue rotulā zodiaci et pone 14 leonis gradū sup lineā mediū celi et grad<sup>9</sup> correspondēs hore prie erraticæ: est 26 geminorum: et est secunda dom<sup>9</sup>. Et gradus correspondēs hore scēbe erraticæ: est 20 cācri et est initiū tertie dom<sup>9</sup>. et grad<sup>9</sup> correspondēs medio celi: est 14 leonis: et est initiū q̄rte domus. et grad<sup>9</sup> correspondēs tertie hore erraticæ est 13 virginis: et est initiū ante dom<sup>9</sup>. et grad<sup>9</sup> correspondēs q̄rte hore erraticæ est 14 libre. q̄ est initiū sexte dom<sup>9</sup>. grad<sup>9</sup> nadir prie domus: est 2 sagittarij: et ē septima dom<sup>9</sup>. et grad<sup>9</sup> nadir scēbe dom<sup>9</sup> est 26 sagittarij et est octaua dom<sup>9</sup>. et grad<sup>9</sup> nadir tertie est 20 capricorni: et est nona dom<sup>9</sup> et gradus nadir q̄rte est 14 aq̄ry: et est decima dom<sup>9</sup>. et gradus nadir quise est 13 pisciū: et est vndecima domus. et gradus nadir sexte est 14 arietis: et est duodecima domus.

Cap. 7 ad sciendū quot sunt hore ex horis 12 sicut est in gallia.

**C**ū scire volueris quot sūt hore de horis duodeci. scias prio sol' altitudinē: et pone gradū sol' sup almucātharat altitudis ex pte oriētis si fuerit añ meridiē: et pone sup illū gradū sol' filiū et vide i circulo horarū sup quā horā ceciderit filiū et nūera a linea āguli terre q̄ est medie noctis: vsq; ad illā horā i q̄ filiū cadit: et habebis q̄t sūt hore de horis 12.

**E**xēplū. hodie loc<sup>9</sup> sol' est in prio gradu arietis. et altitudo ei<sup>9</sup> est i 30 gradu primo gradū arietis zodiaci sup almucātharat 30 gradus ex pte oriētis: sup hūc gradū pone filiū et cadet i circulo horarū sup horā 9 nūerādo ex linea medie noctis. et si fuerit post meridiē pone gradū sol' ex pte occidentis et numera a linea mediū celi q̄ est meridiē: et scies quot sūt hore post meridiē: sicut est in patria gallicana in qua natus sum.

Cap. 8 ad sciendum quot sunt hore ex horis 24.

**S**i scire volueris q̄t sūt hore ex horis 24: pone gradū sol' sup lineā horizōtis ex pte occidētis et fac signū i circulo horarū cū filo. post volue rotulā zodiaci d̄sus āguli t̄re et pone illū gradū sol' sup almucātharat altitudis ex pte orientis si fuerit añ meridiē: aut ex pte occidētis si post meridiē accepisti altitudinē. decide fac signū cū filo i circulo horarū: et nūera i codēp viā āguli terre ab illo signo prio vsq; ad signū scōs: et habebis q̄t sūt hore de 24. sicut est i italia.

**E**xēplū. hodie loc<sup>9</sup> sol' est i prio gradu arietis: et eius altitudo 30 grad<sup>9</sup>: pone primū gradū arietis supra lineā horizōtis ex pte occidētis: et fac ibi signū in circulo horarū cum filo et illa hora est prima. post volue rotulam zodiaci et pone gradum primum arietis sup almucātharat 30 gradus ex parte orientis quia nunc est ante meridiē. et fac signum cum filo et numera a primo signo qd est prima hora per viam anguli terre vsq; ad secundū signum i et erūt 15 hore et si est post meridiē: pone gradū illū 30 gradus in almucātharat ex pte occidētis: et erūt 21 hore.

**Cap. 9.** Ad sciendum quot sunt hore ab ortu solis.

**S**i scire volueris quot hore equales transferunt de die. accipe gradum solis et eius altitudinem et pone eundem super almucatharat altitudinis: et tunc signa locum in circulo horarum. postea volue retro gradum solis usque ad primum almucatharat ex parte orientis et secundo nota locum eiusdem in dicto circulo. postea numera ab illo signo primo usque ad secundum: et habebis quot sunt hore ab ortu solis. Et si est post meridiem pone illum gradum solis ex parte occidentis super almucatharat altitudinis: et numera ab illo signo primo usque ad secundum per viam medij celi. **Exemplum.** hodie locus solis est in primo gradu arietis et altitudo eius est in 30 gradu pone illum gradum 30 gradum super almucatharat ex parte orientis quia est ante meridiem: post pone illum gradum super horizontem et fac signum et numera a primo signo usque ad secundum et erunt 3 hore equales que transferunt de die. Et si est post meridiem pone illum gradum ex parte occidentis: et erunt 9 hore ab ortu solis que transferunt de die.

**Cap. 10.** Ad sciendum quantitatem diei et noctis.

**S**i volueris arcum diei cognoscere: pone gradum solis super primum almucatharat ex parte orientis et fac signum in circulo horarum. Postea volue rotulam zodiaci per viam medij celi et pone illum gradum in linea horizontis ex parte occidentis et nota eius locum in circulo horarum cum filo et hore et partes earum que sunt ab una nota in aliam: est arcus diei. reliqua vero pars circuli est arcus noctis. quia totus circulus continet 24 horas et quantitatem diei et noctis. **Exemplum.** hodie sol est in primo gradu arietis pone primum gradum arietis super horizontem ex parte orientis. postea pone illum gradum ex parte occidentis super horizontem et numera partes horarum per viam medij celi que sunt ab una nota in aliam. Et sunt 12 hore. ergo duodecim hore est quantitas diei hodie.

**Cap. 11.** Ad sciendum quantitatem hore erraticae diei.

**S**i volueris scire arcum hore inequalis diei: scias primo arcum diei sicut dictum est. et horas illius quantitatis multiplica per 15. et illam summam diuide per 12 et habebis numerum graduum hore inequalis diei. quia si substraxeris a 30 remanebit numerus graduum hore nocturne: quia hora inequalis diurna cum hora inequali nocturna: facit 30 gradum in omni die que sunt hore reequeles. **Exemplum.** hodie quantitas diei est 14 hore: multiplica eas per 15: et erunt 210. que numerum diuide per 12 et erunt 17 gradum et 5 minuta. ergo 17 gradum et 5 minuta est arcus hore erraticae diei deinde subtrahere dictum numerum a 30: et remanebunt duodecim gradus et 55 minuta. et est numerus graduum hore erraticae nocturne. Et hoc caput est appropinquatum necessarium in astrologia ad sciendum diem hore ut dicitur in capite 24.

**Cap. 12.** Ad sciendum quantitatem hore equalis.

**S**i volueris scire arcum hore equalis: diuide 360 per 24 horas que sunt in circulo horarum et habebis numerum graduum hore equalis de die et de nocte: quia ille hore circuli horarum sunt equales et quilibet continet 15 gradus.

**Cap. 13.** Ad reducendum horas erraticas ad equales.

**C**um volueris reducere horas inequales ad horas equales: scito gradum horarum inequalium que sunt: et diuide gradum earum per 15: et habebis horas equales. **Exemplum.** quantitas hore erraticae est 17 gradum et 5 minuta et sunt 12 que sunt 210 gradum diuide per 15 et erunt 14 hore equales.

**Cap. 14.** Ad sciendum altitudinem solis in meridie.

**C**um scire volueris altitudinem solis in media die que est initium recessiois pone gradum solis supra lineam medij celi. et numerum graduum almucatharat a loco solis in horizontem est altitudo eiusdem medie diei dummodo anulus sit factus ad altitudinem climatis in quo quis altitudinem. **Exemplum.** hodie sol est in primo gradu arietis: pone primum gradum arietis supra lineam medij celi: et misera ab oriente usque ad almucatharat in qua applicat ille gradus supra lineam medij celi quot sunt gradus et erunt 48. ergo altitudo solis in media die illius diei est 48 gradus. Ante scito quod circulus signorum diuiditur in duos circulos: quorum unus est a capite capricorni in caput cancri. et alius a capite cancri in caput capricorni. Et caput capricorni est solstitium hyemale: et caput cancri estiuale. Scito etiam quod omnes eque-

distātes grad⁹ ab aliq̄ hoꝝ solsticioꝝ: sūt vni⁹ declinatiōis x̄sus septētrionē vel meri⁹ diem/ et dies eoꝝ vel noctes sunt equales: et vmbꝛe/ et altitudinea equales i media die.

¶ Cap. 15 Ad sciendum locum solis sine noticia diei.

¶ Si scire volueris gradū solis ignoto die: pone notā sup altitudinē medie diei i medietate quā sūpsisti pri⁹ p foramē qd̄ est ad sciendū altitudinē solis. deide volue rotulā zodiaci/ cadētq; duo grad⁹ sup ipsā notā: quoꝝ vni⁹ scies esse gradū solis q̄ cognito scias diē mensis. ¶ Exēplū. Hodie altitudo solis est 48 in media die/ volue rotulā et vide gradū signoz zodiaci cadētē sup almucātharat altitudinis graduū: et erit primus grad⁹ arietis/ vel prim⁹ gradus libꝛe: et quia est tēp⁹ hꝛemale ergo sol est i primo gradu arietis. Pone filum in circulo mensium sup primū gradū arietis: et cadet super decimum mensis martij. et per hoc caput habebis locum solis/ et diem ignotū:

¶ Cap. 16 Ad sciendum que dies sit equalis alteri.

¶ Si volueris scire que dies alteri sit equalis: scias hoc p gradus cōdistātes a solsticioꝝ. q̄a eoꝝ dies sunt equales sicut dictum est. ¶ Exēplū. dies 30 mensis nouembꝛis est equalis diei 25 mensis decembꝛis. quia solsticiū hꝛemale est quando sol est in capite capricorni: quod est in die duodecima mensis decembꝛis. et sic de alijs.

¶ Cap. 17 Ad sciendum declinationē signozum ab equinoctiali linea.

¶ Si scire volueris declinationē cuiuscūq; grad⁹ signoz. pone eū sup lineā medij celi et scito ei⁹ altitudinē ab horizōte. Postea scito altitudinē capitis arietis/ vel libꝛe in eadē linea: et differētia huiusmodi altitudinū est declinatio hui⁹ grad⁹ ab equinoctiali. Si autē fuerit grad⁹ septētrionalis: septētrionalis est declinatio. si meridionalis: meridiana. ¶ Exēplū. pone primū gradū signi cācri sup lineā medij celi: et nūera ab horizōte vsq; ad almucātharat altitudinis ei⁹: et erūt hic rhōme 72 gradus. et altitudo primi gradus arietis est 48: ergo declinatio primi gradus cancri ab equinoctiali linea: est 24 gradus qui sunt differentia vtrarumq; ipsarum altitudinum.

¶ Cap. 18 Ad sciendum latitudinem ciuitatis.

¶ Si volueris scire latitudinē ciuitatis q̄ est distātia zenith capitis ciuitatis ei⁹ ab equinoctiali linea: cōsidera altitudinē solis in media die: quā minues de 90 si fuerit sol i initio arietis/ vel libꝛe que est in 10 die martij vel septēbꝛis: et residuū est latitudo ciuitatis tunc enī erit mot⁹ solis in equinoctiali linea. Si vero in alio gradu fuerit sol/ et in alia die: tunc eius grad⁹ considera declinationē p cap. precedēs quā minues de altitudine solis in media die/ si fuerit septētrionalis/ vel adde eidē si fuerit meridiana: et habebis altitudinē initij Arietis i illa ciuitate: quā subtrahas (sicut pri⁹ dictū est) a 90 et quod remanserit erit distātia regionis ab equinoctiali linea. ¶ Exēplū. quādo sol est in primo gradu arietis/ vel libꝛe: altitudo solis tunc est 48 in media die quā minues de 90 et remanebūt 42 ergo 42 est latitudo ciuitatis rhōme. ¶ Exēplū. in alijs diebus quādo sol est in alio signo sicut in cancro: considera declinationē primi gradus eius/ que est 24 et minue illam declinationē ex altitudine eius que est 72 et remanebūt 48: vel adde super altitudinem primi gradus capricorni que est 24 et erūt 42 subtrahes 48 a 90 et remanebunt 42: ille numerus 42 est latitudo huius ciuitatis rhōme

¶ Cap. 19 Ad sciendū ad quā latitudinem anulus factus est.

¶ Si vis scire ad quā latitudinē factus est anulus: vide quot almucātharat sūt in circulo equinoctiali/ vsq; ad zenith: vel ab axe ad horizōtem/ ad septētrionem: et sup tantam latitudinem factus est anulus. hec enī sunt equalia. hic factus est ad latitudinem rhōme: facies tū tibi vnum ad latitudinem quam volueris cum mutatione super facie almucātharat: vt patet in tabulis Astrolabij instrumenti.

¶ Cap. 20 Ad sciendū ascensionē signozum in circulo directo.

¶ Si ascensionē signoz i circulo directo/ scire desideras inittū cuiuscūq; signi sup lineā meridianam pone et fac signum i circulo horarum/ cum filo: et moue rotulam zodiaci: donec finis signi sit sup lineā meridiē: et hoc iterū signa i circulo horarum: et horas q̄ erūt inter duas notas multiplica per 15: et habebis numerum graduum ascensionum

eiusdem signi. et similiter facies ad quamlibet partitionem circuli: quia quelibet hora continet 15 gradus sicut dictum est. **Exemplum.** pone initium signi arietis super lineam meridionalē: et post moue rotulam zodiaci/et fac signū in illis duobus locis: et hore que sunt iter duo signa sunt vna hora et quattuor partes vni?/multiplica per 15/2 sūt 27. ergo ascensionēs signi arietis in circulo directo sunt 27 gradus.

**Cap. 21** Ad sciendum ascensionēs signozū in circulo obliquo.  
**S**i hoc scire volueris/moue rotulam zodiaci ab initio signi ad finem eiusdem super primum almucātharat: et gradus horarum in circulo horarū/ erunt ascensionēs signi in illa regione. quia quelibet hora continet 15 gradus.

**Cap. 22** Ad sciendum in quo signo sit luna sine altitudine eius.  
**C**ū hoc scire volueris: scias primo locū solis: postea scito diē in qua fuit cōiunctio lune/ et numerabis a loco solis sup rotulā zodiaci per lineas q̄ signāt 28 māssiones lune/ tot quot sūt dies que trāsierūt a die cōiunctionis lune et illud signū qd̄ inuenies p̄ dictū numerū ostēdet lineā in qua erit luna. **Exēplū.** hodie sol est i primo gradu arietis/ et a die cōiunctionis lune vsq; ad p̄sentē diē sūt dies 23: numera a loco solis lineas 23: et pone filū sup lineā 23: et inuenies lineā i fine signi capricorni i q̄ est loc⁹ lune hodie.

**Cap. 23** Ad inueniendū ascendēs reuolutionis anni natalis vel mundani.  
**C**um scire volueris hunc gradū ascendētis anni trāsacti sup horizontē in oriente/ pone gradū solis et i circulo horarū fac notā cū filo/ post hoc illū gradū moue ab eodē loco per horas 6/ et quātā partē vni? hore q̄ sūt 93 gradus: et grad⁹ q̄ ceciderit super horizontē/ est gradus ascendētis eiusdē anni. Si autē plures fuerint anni p̄ vno quoq; anno deduces illū gradū p̄ 6 horas et quitā partē q̄ sunt 93: et gradus existēs in parte orientali est ascendens ipsius. **Exēplū.** Ascendens reuolutionis istius anni est 8 gradus signi capricorni: pone eū super horizontē in oriente. deinde moue ipsū per 6 horas et quātā partē vni? et primus gradus geminorum erit ascendens anni futuri.

**Cap. 24** Ad inueniendū dominū hore de die et de nocte.  
**S**i hoc scire desideras scias horam erraticā noctis illius diei per caput 11: quia que libet hora erratica habet suum dominū vniū ex 7 planetis secundū ordinē eoz in celo videlicet in die sabbati domin⁹ prime hore est saturnus/ dominus secundū ordinē eoz in celo et sic per ordinem vsq; ad 12 quia quecūq; dies sit vel nox longa vel breuis cōtinet 12 horas inaequales et super quantitatem illius hore erratice iuente/ dominatur vni? planeta. Et hoc amplius apparet in tabula inferius descīpta

	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
Hor dominice	AD	L	s	J	m	S	V	AD	L	s	J	m
Dies dominice	S	V	AD	L	s	J	m	S	V	AD	L	s
Hor lune	J	m	S	V	AD	L	s	J	m	S	V	AD
Dies lune	L	s	J	m	S	V	AD	L	s	J	m	S
Hor martis	V	AD	L	s	J	m	S	V	AD	L	s	J
Dies martis	m	S	V	AD	L	s	J	m	S	V	AD	L
Hor mercurij	s	J	m	S	V	AD	L	s	J	m	S	V
Dies mercurij	AD	L	s	J	m	S	V	AD	L	s	J	m
Hor iouis	S	V	AD	L	s	J	m	S	V	AD	L	s
Dies iouis	J	m	S	V	AD	L	s	J	m	S	V	AD
Hor veneris	L	s	J	m	S	V	AD	L	s	J	m	S
Dies veneris	V	AD	L	s	J	m	S	V	AD	L	s	J
Hor sabbati	m	S	V	AD	L	s	J	m	S	V	AD	L
Dies sabbati	s	J	m	S	V	AD	L	s	J	m	S	V

AD. A. mercurius. L. Luna. s. saturnus. J. Jupiter. m. mars. S. Sol. V. Ven⁹.

**C**um hoc scire volueris: suspende anulum de manu tua dextra per filum: et per baculum perforatum vide stellam. et in superficie intrinseca anulí vide in quo gradu de 90 gradibus cadat baculus: et ille stellarum est altitudo:

**Cap. 26** Ad sciendum gradum ascendentis de nocte  
**C**um hoc scire desideras accipe altitudinem unius stelle fixe de illis quattuor que sunt in punctis in rotula zodiaci: et pone gradum in quo est illa stella fixa in almucatharat sue altitudinis ex parte orientis si stella est in orientis parte: vel ex parte occidentis si est in occidente et ille gradus que ceciderit super lineam horizontis que est prima linea almucatharat est gradus ascendentis. **Exemplum.** hodie locus cordis leonis stelle est in gradu 23 signi leonis: et altitudo eius stelle in parte orientis est 30 gradus. pone gradum 23 leonis super almucatharat 30 gradus: et super horizontem cadet 20 gradus signi virginis Ille gradus 20 virginis est gradus ascendentis.

**Cap. 27** Ad sciendum quot sunt hore de nocte.  
**S**i ad illius noticiam peruenire volueris: accipe altitudinem unius stelle fixe ex illis quattuor que sunt in rotula zodiaci. et pone gradum in quo est in almucatharat sue altitudinis ex parte orientis si est in oriente: vel ex parte occidentis si est in occidente. Postea pone filum supra gradum solis: et fac signum in circulo horarum. Post volue rotulam zodiaci et pone dictum gradum solis super primam almucatharat occidentis. et fac signum cum filo in circulo horarum: et nura horas que sunt inter duas notas. tate erunt hore noctis Et si volueris scire qui erit media nox: vide quot sunt hore ex primo signo ad lineam medie noctis. Et si volueris scire quot sunt hore de 12: numera ex linea medij celi vsq; ad gradum solis in circulo horarum per viam linee occidentis si gradus solis est ante lineam medie noctis. et si est post: numera a linea medie noctis per viam orientis vsq; ad lineam medij celi. **Exemplum** gradus cordis leonis est 23 leonis: et eius altitudo 30 in occidente: et sol est hodie in primo gradu arietis. Pone 23 leonis super almucatharat sue altitudinis: et fac signum super primum gradum arietis: post volue rotulam zodiaci: et pone primum gradum arietis super almucatharat primam occidentis. et numera horas que sunt inter duas notas. et erunt hore 7 et 45 minuta. et post mediam noctem erit vna hora et 45 minuta de horis 12.

**Cap. 28** Ad sciendum gradum ascendentis sine latitudine et stellis de nocte et sine sole de die.  
**S**i ad illius noticiam peruenire volueris: scias quot sunt hore. Postea pone gradum solis in illo puncto hore in circulo horarum. et ille gradus signorum zodiaci qui ceciderit super primam almucatharat in parte orientis: est gradus ascendentis. **Exemplum** hodie sol est in primo gradu arietis: et nunc sunt tres hore post meridiem: pone gradum solis correspondentem illi hore in circulo horarum: et cadet super primum almucatharat 10 geminorum: et hic est gradus ascendentis.

**Cap. 29** Ad sciendum in quo gradu signi sit luna sine noticia conjunctionis.  
**C**um hoc cognoscere cupis considera altitudinem lune: et eam nota in almucatharat in qua parte fuerit. deinde aliquam quattuor stellarum que sunt in rotula zodiaci tibi nota pone super suam altitudinem in eadem hora cum altitudine lune accepta in parte in qua fuerit: et gradus circuli zodiaci qui ceciderit in almucatharat super nota altitudinis lune: erit gradus eius. Si autem apparuerit in die idem facies cum altitudine illi et altitudine solis: considera igitur cuius signi sit gradus ille. **Exemplum.** Nunc altitudo lune est in occidente 30 gradus: et altitudo stelle cordis leonis in oriente est 40 pone 23 gradum leonis in quo est stella super almucatharat in oriente 40 gradus: et quia sex gradus piscium cadit super almucatharat altitudinis lune que posita est 30 in illo igitur gradu est luna.

**Cap. 30** Ad inueniendum locum planetarum.  
**C**um volueris scire locum planetarum: facias sicut dictum est in capite precedenti ad sciendum locum lune. sicut etiam altitudines earum in nocte poteris elicere.

**C**ap. 31 Ad sciendum quando planeta sit australis vel septentrionalis. Si id deprehendere volueris: vide altitudinē planetę quādo erit in linea meridiana. et si est equalis altitudinē gradus solis: tūc est in via solis. Si autē fuerit maior altitudinē gradus solis: tūc planeta est septentrionalis a via solis. Si minor: australis. et tantum declinat a via solis: quantum altitudo fuerit maior vel minor.

**C**ap. 32 Ad sciendum an planeta sit retrogradus vel directus. **V**trum autē planeta sit retrogradus aut directus si cognoscere velis: quere eius altitudinē cum altitudinē stelle fixe et ambas commēda memorie. deinde post tertiam noctem vel quartam insensibilis est qua stelle motus expecta quousque stella habeat eādem quam prius altitudinē. Et tunc rursus altitudinē planetę considera: que si fuerit minor altitudinē sua prima: erit planeta directus si fuerit in parte orientali. et si fuerit in parte occidentali: erit retrogradus. Si vero secūda altitudo planetę fuerit maior prima est retrogradus/ hora accepte altitudinis cōsistente in parte orientis. Et si fuerit in parte occidentis/ erit directus. et oppositum est de luna.

**C**ap. 33 Ad sciendum altitudinē turris vel aliarum rerum. **P**one baculum perforatum/ super gradū 45 in numero 90/ qui est pro altitudinē solis/ et stellarum. et accipe altitudinē turris non dimouēdo baculū ab illo gradu 75. tanta enim est altitudo turris cum altitudinē tua: quāta est latitudo que est inter te et radicem rei. Et si est impossibile mensurare illam latitudinē que est inter te et rem: vide sine mutando locum in terra/ et mensura a loco tuo usque ad locum terre quem vidisti: et tanta est altitudo rei.

**H**ec sunt beatissime pater: Anuli astronomici puncta per egregia: vna mecum ad sanctos tuos pedes humillime oblata. que positis supercilij hilari vultu/ ut spes fouet recipias. Nec mirum si grammatice metas qui hebreus sum latinitanis expertus nonnullis excesserim: nolens vtile per inutile viciari. Adhuc tibi rosul'is in vili quā vtriusque aut lolum in pretiosa offerre sportula. ut que ad salutem tuam totiusque rei publicę commodum/ omniumque rerum opificis laudem vtilia comperta sunt/ ob humilem cōtextum vocabulorum/ non omitterentur. Quin potius sub summa tua maiestate atque auctoritate ab omnibus amplius cognoscerentur.

Parce precor. rudibus/ que sunt errata latino:  
Lex hebreæ michi est/ lingua latina minus.

Boni de latis hebreæ  
anuli astronomici  
Suis.

Septem textus Geometrię Euclidis.

## **L**iber primus Geometrie Euclidis.

**I**ncipit liber primus Geometrie Euclidis a Boetio in latinum translate.

**Q**uia veroni patrici Geometrarū exercitatissime Euclidis de artis geometrice figuris obscure prolata. te adhortante exponenda et lucidiorē aditu expolien- da suscepi. Imprimis quid sit mensura definiendum opinor.

### **D**e mensura.

**M**ensura vero est quicquid pondere/capacitate/longitudine/altitudine/latitudine animoq; finitur. Principium autem mēsure: pūctum vocatur. Punctū est: cuius pars nulla est. **L**inea vero sine latitudine longitudo est. linee vero fines puncta sunt.

### **D**e generibus linearum.

**R**ecta linea est. que equaliter in suis protenditur punctis. **S**uperficies vero est. que longitudine. latitudineq; censetur. Superficiē autem fines. linee sunt.

**P**lana superficies: dicitur que equaliter in rectis suis lineis continetur.

### **D**e generibus angulorum.

**P**lanus angulus est duarum linearum in plano inuicem sese tangentium: et non in directo iacentium ad alterutram conclusio.

**Q**uando autē q̄ angulū cōtinent: linee recte sunt tūc rectiline⁹ angulus nominatur.

**C**um vero recta linea super rectam lineam stans circū se equos sibi inuicem fecerit angulos. rectus est vterq; equalium angulorum. Et linea super rectam lineam stans perpendicularis dicitur. **O**btusus angulus. maior recto est.

**A**cutus autem angulus. recto minor est.

### **D**e modis figurarum.

**F**igura est: quod sub al: quo vel aliquibus terminis continetur.

**T**erminus vero: quod cuiusq; est finis.

**C**irculus vero est figura quedā plana et circumducta et sub vna linea contenta ( que circumferētia vocatur) ad quam a puncto: quod intra figuram positum est: omnes que incidunt recte linee sibi inuicē sunt equales. hoc vero punctū cētrū circuli nominatur.

**D**iameter autem circuli: est recta quedam linea per centrum ducta et ab vtraq; parte in circumferentia circuli terminata: que in duas equas partes circulum diuidit.

**S**emicirculus vero: est plana figura que sub diametro et ea (quam diameter ap- prehendit) circumferentia continetur.

**R**ecte linee figure: sunt que sub rectis lineis continentur.

**T**rilatera quidem figura: est que sub tribus rectis lineis continetur.

**Q**uadrilatera autem: que sub quattuor.

**F**initiva vō mēsuralis: est linea q̄ aut p̄ aliq̄ obseruationū aut aliq̄ t̄minoꝝ obfua⁹

**A**mbula latera itaq; figura est que sub pluribus q̄ quattuor lateribus continetur.

### **D**e triangulis.

**E**quilaterum igitur triangulum: est qđ tribus equis lateribus continetur.

**I**socheles autem: est quod duo tantummodo latera habeat equalia.

**S**calenum vero: quod tria latera habet inequalia.

**A**mplius trilaterarum figurarum **o**rtogonium id est rectiangulum quidem trian- gulum est quod habet angulum vnum rectum.

**A**mbigonium autē (qđ latine **o**brusiāgulū dicitur) est qđ obtusum habet angulum.

**O**xygonium vero id est acutiangulum: est in quo tres anguli sunt acuti.

### **D**e quadratis.

**Q**uadrilaterarum vero figurarum **q**uadratum vocatur: quod est equilaterum atq; rectiangulum.

**P**arte altera longius vero est, qđ rectiangulū quidem est sed equilaterum non est.

**R**ombus vero: est quod equilaterum quidem est sed rectiangulum non est.

**R**omboides autem: est quod in contrarium collocatas lineas atq; angulos habet equales/ non autem rectis angulis/ nec equis lateribus continetur.

## **Liber primus Geometrie Euclidis.**

**P**roter hec autem omnes quadrilatera figure trapezia idest mensule nominantur.  
**P**arallele idest alterne recte linee nuncupantur que in eadem plana superficie collocate atq; utrinq; producte in neutra parte concurrunt.

### **De petitionibus que sunt in geometria.**

**P**etitiones vero siue postulata (que vt veteribus placuit dicuntur) quinque sunt.  
**P**rima vt ab omni puncto in omne punctum recta linea ducatur postulat.  
**S**ecunda: vt definita recta linea in continuu rectumq; producat: admonet.  
**T**ertia: omni centro et omni spacio circulum designare precipit.  
**Q**uarta: omnes rectos angulos sibi inuicem equos esse vult.  
**Q**uinta autem: si in duas rectas lineas linea recta incidens interiores duos angulos et in eadem parte duobus rectis fecerit minores rectas: lineas in infinitu productas ad eas partes in quibus duo interiores anguli duobus rectis minores sunt: concurrere iubet.

### **De communibus animi conceptionibus: que sunt in geometria.**

**C**ommunes igitur animi conceptiones sunt que a grecis κοιναι εινενοιαι vocantur  
**C**um spacia et interualla: eidem sunt equalia: et sibi inuicem sunt equalia. **E**t ab equalibus equalia auferantur: que relinquuntur equalia sunt. **E**t si equalibus equalia addantur tota quoq; equalia sunt. **E**t que sibi inuicem conueniunt equalia sunt.

### **De definitionibus.**

- 1** **C**omne parallelogrammum rectiangulum sub ijs duabus rectis lineis que rectum ambiunt angulum dicitur contineri.
- 2** **C**omnis vero parallelogrammi spaci vnūquodq; eorum que circa eadem diametru sunt parallelogrammorum cum duobus supplementis: gnomon nuncupatur.
- 3** **C**irculi sunt equalis: quorum diametri sunt equalis. **I**equalis vero sunt: q sic se non habent
- 4** **R**ecta linea circulum contingere dicitur: que cum circulum tangat: in vtraq; cuncta parte non secat circulum.
- 5** **C**irculi se inuicem contingere dicuntur: qui tangentes sese inuicem non secant.
- 6** **R**ecte linee in circulo a centro distare equaliter dicuntur: quando a centro in ipsas ducte perpendiculares inuicem sibi sunt equalis.
- 7** **P**lus vero a centro distare dicitur linea in quam perpendicularis longior cadit.
- 8** **P**ortio circuli est figura: que sub recta et circuli circumferentia continetur.
- 9** **I**n portione circuli angulus esse dicitur: quando in circumferentia portionis sumit aliquod punctum: et ab eodem puncto ad linee terminos due recte linee subiunguntur.
- 10** **A**ngulus circuli dicitur q sub duobus a centro ductis lineis continet. **Q**uando linee que adiunguntur aliquam circumferentia comprehendunt particulam in ea angulus consistere prohibet.
- 11** **S**ector circuli est figura: que sub duabus a centro ductis lineis (et sub circumferentia) que ab eisdem comprehenditur: continetur.
- 12** **S**imiles circulorum portiones dicuntur: que equalis suscipiunt angulos. vel in quibus qui inscribuntur: anguli sibi inuicem sunt equalis.
- 13** **F**igura intra figuram dicitur inscribi quando ea que inscribitur: eius in quam inscribitur latera vno quoq; suo angulo ab interiore parte contingit.
- 14** **F**igura vero figure circumscribi perhibetur: quoties ea que circumscribitur suis omnibus lateribus omnes angulos eius cui circumscribitur. tangit.

### **Explicunt prolegomena. Incipiunt theozemata.**

- 1** **S**upra datam rectam lineam terminatam: triangulum equilaterum constituere.
- 2** **A**d datum punctum date recte lineae equalis rectam lineam collocare.
- 3** **D**uabus lineis rectis sequalibus datis a maiore minori equam rectam lineam abscidere oportet
- 4** **S**i duo triangula duo latera duobus lateribus habent equa alterum alteri et angulum angulo equum cum qui sub equalibus rectis lineis continetur: et basim basi equam habebunt et triangulum triangulo equum erit et reliqui anguli reliquis angulis erunt equalis alter alteri sub quibus: equalia latera subtenduntur.

- 5 **T**riangulorum isocheliū anguli qui ad basim sunt/equi sibiinvicem sunt.
- 6 **S**i trianguli duo anguli equi sibiinvicem sint:et que equalibus angulis subtendū-  
tur latera sibiinvicem erunt equalia.
- 7 **S**uper eandem rectā lineam duabus eisdem rectis lineis alie due recte linee equa-  
les altera alteri nullo modo constituentur:ad aliud atq; aliud punctum ad eadē par-  
tes eisdem fines primis rectis lineis possidentes.
- 8 **D**atam rectam lineam terminatam.in duas equales diuidere partes.
- 9 **D**ata recta linea/ab eo qđ in ea est pūcto: rectā lineā scđm rectos angulos eleuare.
- 10 **S**i duo trianguli duo latera duob? laterib? eā possideant alterū alteri/et basim basi  
habeant equā/et angulū angulo habebūt equalē/q sub equalib? rectis lineis cōtinef.
- 11 **S**upra datam rectam lineam infinitam:ab dato puncto (quod ei non inest) perpen-  
dicularem rectam lineam ducere oportet.
- 12 **Q**uocunq; super rectam lineam recta consistens angulos fecerit: aut duos rectos  
faciet aut duobus rectis reddet equales.
- 13 **S**i ad aliquā rectā lineā atq; ad ei? punctū due recte linee nō i eandē partē ducāt: et  
circū se angulos duob? rectis fecerit equos. i directū sibi eas lineas iacere necesse est.
- 14 **S**i due recte linee sese diuidant:ad verticem angulos sibiinvicem facient equos.
- 15 **O**mnium triangulorum vno latere producto:exterior angulus vtriusq; interiorib?  
et ex aduerso angulis constitutis maior existit.
- 16 **O**mnium triāguloꝝ/duo āguli duob? rectis angulis sunt minores omnifariā sūpti.
- 17 **O**mnium triangulorum:maius latus sub angulo maiore subtenditur.
- 18 **O**mnium triangulorum:maior angulus sub latere maiore protenditur.
- 19 **O**mnium triangulorum:duo latera cetero maiora sunt in omnē partē suscepta.
- 20 **S**i in vno quolibet trianguli latere a finibus lateris due recte linee interius consti-  
tuantur/angulum facientes: que constituuntur reliquis quidem trianguli duobus la-  
teribus minores erunt/maiozem vero angulum continebunt.
- 21 **A**d datam rectam lineam datum i ea punctum dato reclineo angulo/equalem re-  
ctilineum angulum collocare necesse est.
- 22 **S**i duo trianguli duos angulos duobus angulis habuerint equos alterum alteri/  
vnumq; latus vni lateri sit equalē/aut quod equis adiacet angulis/aut quod sub vno  
equalium subtenditur angulorum: et reliqua latera reliquis lateribus habebūt equa  
alterum alteri/et reliquum angulum equalē reliquo angulo possidebunt.
- 23 **S**i in duas rectas lineas linea incidens recta alternatim angulos fecerit equos:re-  
ctas lineas alternas esse necesse est.
- 24 **S**i in duas rectas lineas linea incidens recta exteriorē angulū interiori et ex ad-  
uerso angulo constituto reddat equalē:aut interiores et ad eadē partes angulos  
duobus rectis equales faciat:rectas lineas sibi alternas esse conueniet.
- 25 **P**er datum punctum/dare recte linee alternā rectam lineam designare necesse est.
- 26 **O**mnium triāguloꝝ:exterior angul? duob? interioris et ex aduerso pstituti angulis  
est equalis.interiores vero trianguli tres anguli.duobus rectis angulis sunt equales.
- 27 **Q**ue equas et alternas rectas lineas ad eadē partes recte linee cōiungunt. ipse  
quoq; alterne sunt et equales.
- 28 **C**oꝝ spacioꝝ q alternis laterib? p̄tinēt q parallelogrāma nominant: et ex aduerso  
latera atq; anguli pstituti sibiinvicem eāles sūt ea qđ diametr? in duo equa partitur:
- 29 **O**mnia parallelogramma que in eisdem basibus: et in eisdem alternis lineis fue-  
runt constituta: sibiinvicem probantur equalia.
- 30 **O**mnia parallelogramma in basibus equalibus et in eisdem alternis lineis consti-  
tuta equalia esse necesse est.
- 31 **E**qua sibi sūt cūtra triāgula.q in eāq; basib? et i eisdē alternis fuerit lineis pstituta
- 32 **E**qua triāgula: que in eadē basi et in eadē parte fuerint cōstituta: in eisdem quoq;

alternis lineis esse pronuntianda sunt.

- 33 **¶** Aequa triangula in equis atq; in directum positis basibus cōstituta / et in eisdē par-  
tibus: et in eisdem quoq; alternis esse necesse est.
- 34 **¶** Si parallelogrammum triangulūq; in eadem basi / atq; in eisdem alternis lineis fu-  
erint constituta: perallogrammum triangulo duplex esse conueniet.
- 35 **¶** Omnis parallelogrammū spacij eorum que circa eandem diametrum sunt paralel-  
logrammorum supplementa: equa sibi inuicem esse necesse est.
- 36 **¶** Iuxta datam rectam lineam dato triāgulo: in dato rectilineo angulo parallelogrā-  
mum equale pretendendum est.
- 37 **¶** Dato rectilineo: cōle parallelogrammū in dato rectilineo angulo collocare oportet.
- 38 **¶** Quadratum ad datam rectam lineam terminatam describendum est.
- 39 **¶** In his triangulis: in quibus vnus rectus est angulus ( que rectiāgula nominamus )  
quadratum quod a latere rectum angulum subtendente describitur: equū est his qua-  
dratis qui a continetibus rectum angulum lateribus conscribuntur.
- 40 **¶** Si ab vno trianguli latere quadratum quod describitur equum fuerit his quadra-  
tis que ab reliquis duobus lateribus describuntur: rectus est angulus qui sub duob;  
reliquis lateribus continetur.

Ex secundo libro Euclidis.

- 1 **¶** Sunt due recte linee: quarū vna quidē est indiuisa altera vero quodlibet di-  
uisionibus secta: qd sub duabus rectis lineis rectiangulū continet / equū erit  
ijs que sub ea que indiuisa est et vnaquaq; diuisione rectiangula continetur.
- 2 **¶** Si recta linea secet: qd sub tota et vna portioe rectiāgulū cōtinet: equū est ei qd sub  
vtraq; portioe rectiāgulū claudit / et ei quadrato qd ad predictā portioe describit.
- 3 **¶** Si recta linea secetur vt libet: qd scribit a tota quadratū equū est ijs q̄ describuntur  
ab vnaquaq; portioe q̄dratis / et eidē bis rectiāgulo qd sub eisdē portioib; conuenit.
- 4 **¶** Si recta linea per equalia ac per inequalia secetur: quod sub inequalibus totius se-  
ctionibus rectiangulum continetur / cum eo quadrato qd ab ea describitur que inter  
vtraq; est sectiones: equum est ei quadrato quod describitur ab dimidia.
- 5 **¶** Si recta linea per equalia ac per inequalia secetur: quadrata que ab inequalib; tot-  
tius portioibus describuntur / dupla sunt ijs quadratis que fiunt ab dimidia: et ab ea  
que inter vtraq; est sectiones.
- 6 **¶** Si recta lineaq; equalia diuidat / alia vero ei in directum linea recta iungatur quod  
sub tota cū ea que adiecta est rectiangulum continetur / cum eo qd describitur a dimi-  
dia quadrato: equū ē ei quadrato qd describit ab ea q̄ cōstat ex adiecta atq; dimidia.
- 7 **¶** Si recta linea per equalia secetur / eiq; in directum quedam linea recta iūgat: qua-  
dratum quod describitur a tota cum ea que adiecta est: et quadratum quod describitur  
a dimidia: ac eo quadrato quod ab ea describitur que ex dimidia adiectaq; consistit  
vtraq; quadratis pariter acceptis dupla esse necesse est.
- 8 **¶** Datam rectam lineam sic secare conuenit / vt quod sub tota et vna portioe rectian-  
gulum continetur: equum sit ei qd fit ex reliqua sectione quadratum.
- 9 **¶** In hac triāguli figura que obtusum habet angulū: tanto amplius ea que obtusos  
obtendunt angulos latera possunt quā ea que obtusum obtinent angulum quantū est  
quod continetur bis sub vno eoz que circa obtusum angulū sunt in quod practū per-  
pēdicularis cadit / atq; ea q̄ ad obtusum angulū a perpēdiculari extra deprehenditur.
- 10 **¶** Dato rectilineo equum necesse est collocare quadratum.

Ex tertio libro Euclidis.

- 1 **¶** In circulo per centrū linea quedam dirigatur / ac quandam lineam rectam  
non in centro positam in duas equas partes secet: per rectos eam āgulos se-  
cat. Et si per rectos eam angulos secat: in duas eam equas diuidet partes.

- 2 **I**n equis circulis: qui in circumferentijs equalibus anguli consistunt/ sibi inuicem sunt equales seu ad centra/ siue ad circumferentias cōstituuntur.
- 3 **D**atam circumferentiam in duo equa diuidere possibile est.
- 4 **I**n circulo quidem angulus qui in semicirculo est/ rectus existit: qui vero in maiore portione est angulus minor est recto. Qui autem in minore portione est angulus maior est recto: et maioris quidem portionis angulus recto maior existit: minoris vero angulus recto minor.
- 5 **S**i circumulum linea recta contingat: a cōtactu vero in circumferentia quedam circuli secans linea recta ducatur quoscunq; angulos facit: duo anguli qui sunt in alternis circuli portionibus/ sunt equales.
- 6 **E**x hoc igitur manifestū est: quoniam si a pūcto circuli due linee recte sese cōtingāt et sibi inuicē sunt equales: super datas rectas lineas circuli describere partes cōuenit.

Ex quarto libro Euclidis.

- 1 **A**tra datum circumulum date recte linee que diametro minime maior existat equam rectam lineam coaptare oportet.
- 2 **I**ntra datū circumulum dato triangulo/ equorū anguloꝝ triangulū collocare cōuenit.
- 3 **C**irca datū circumulum dato triangulo/ equaliū anguloꝝ triangulū designandum est.
- 4 **I**ntra datum triangulum/ circumulum designare necesse est.
- 5 **I**ntra datum circumulum/ quadratum aliquod describere vtile est.
- 6 **I**ntra propositum quadratum/ circumulum designare.
- 7 **C**irca datū circumulū quinquangulū eqlaterū et eqlangulū designare geometre p̄cipiūt.
- 8 **I**ntra datum circumulum quinquangulū quod est equilaterum atq; equiāgulum: designare non discōuenit. Nam omnia quecunq; sunt: numerorum ratione sua constāt, et proportionabiliter alij ex alijs constituuntur circūferentie equalitate multiplicatio- nibus suis quidem excedentes atq; alternatim portionibus suis terminum facientes.

De figuris geometricis.

**S**upra positarum igitur speculationibus figurarū ab euclide succicte/ obscureq; p̄-  
lati: et a nobis verbū videlicet de verbo exprimentibus strictim trāslatis: quedā iterā-  
da/ repetēdaq; (vt animus lectoris nō obscurete detereat: sed a nobis porus alicui  
exempli luce infusa delectetur) videntur. Sunt enim a nobis quedā huic operi inserē-  
da huic arti valde necessaria/ et supradictis respōdentia/ et subsequētib; cōuenien-  
tia atq; intelligenda. quicūq; in nostrorū arithmeticoꝝ theozematibus instruct⁹ ac  
cesserit: expeditior intelligētia ducitur. **S**upradictam igitur est. supra datam rectā  
lineam terminatā: triangulū equilaterū constituere oportere sed nimis inuolute. Qua  
de re hui⁹ exempli notam subiecimus. Sit data recta linea terminata a b. oportet igit  
super eam q̄ est a b. triangulū equilaterū cōstituere. et centro quidē a: spacio vero a b  
circulus scribat̄ b c e d. Et rursus cētro b: spacio autem a b circulus scribatur a c f d et  
ab eo puncto quod est c quo c circuli diuidunt: ad ea puncta que sunt a b adiungantur  
recte linee c a c b. Quoniam igitur a punctū centrum est b c e d circuli: equa est a b ei q̄  
est a c. rurs⁹. quoniam b pūctū/ est centrū a c f d circuli: equa est a b ei que est b c. Sed  
et a b ei que est c a equa esse mōstrata est: et a c. Igitur ei que est b c erit equalis. Tres  
igitur que sūt c a/ a b b c eque sibi inuicem sunt: equilaterū igitur est c a b triangulum et  
constitutum est supra datā rectam lineā terminatā eā que est a b qd̄ oportebat facere.

**I**n supiorib; dō dictū est ad datū pūctū date recte linee equalē rectā lineā collocare  
oportere. Sed huius artis exptibus obscure difficulterq;. Sed nos animū lectori q̄  
introducēdo oblectantes huius subsequētis figure explanationem possitis litterarum  
linearūq; notulis pate facimus. Sit quidem datum punctū a. data vero recta linea/ b c  
oportet igitur ad pūctū a recte linee b c equam rectam lineam collocare. adiūgat̄ enī  
aba pūcto ad b punctum recta linea ea que est a b. Et cōstituatur super a b recta line-

**Liber III Geometric Euclidis.**

am triángulum equilaterum quod est  $d a b$ . Et eiciantur in rectum  $d a$  /  $d b$  recte linee ad  $o g$  / et  $b m$ . et cētro quidem  $b$  / spacio autē  $b c$ : circulus describatur  $c f e$ . et rursus centro quidem  $d$  / spacio autem  $d f$ : circulus describatur  $f k l$ . Quoniam igitur  $b$  pūctum centrum est  $c f e$  circuli: equa est  $c b$  ei que est  $b f$ . Rursus quoniam  $d$  pūctum centrum est  $f k l$  circuli: equa est  $d l$  ei que est  $d f$ . Quarum equa est  $d a$  ei que est  $d b$ . et equilaterum enim triángulum est id qđ est  $d a b$ . Reliqua igitur  $a l$  relique  $b f$  existit equalis. Sed et  $b f e$  que est  $b c$  equa esse mōstrata est. Et  $b c e$  que est  $a l$  erit equalis. Ad datum igitur punctum id quod est  $a$  date recte linee ei que est  $b c$  equa locata est ea que est  $a l$ . quod oportebat facere ut subiecta descriptio monet.

3 **Tertio** igitur loco superius ab Euclide prolatum est / duabus rectis lineis inequalibus propositis: a maiore minori equam rectam lineam abscondere convenire. Sed nimis strictum et ob id cōfuse involuteq;. Nos vero ut animus lectoris ad enodationis itelligēte accessum quasi quibusdam gradibus ducatur: huius descriptionem formule subiecimus. Sint date due recte linee inequales  $a b$  /  $c d$ . et sit maiora  $b$ . oportet igitur a maiore  $a b$  minori  $c d$  equam lineam abscondere. collocetur enī ad  $a$  punctum ei que  $c d$  equare  $a b$  minorē  $c d$  equam lineam abscondere. collocetur enī ad  $a$  punctum ei que  $c d$  equare ea que est  $a c$ . Et centro  $a$  / spacio vero  $a c$  / circulus describatur  $e g f$ . quoniam igitur  $a$  punctum cētrum est  $e g f$  circuli: equa est  $a c$  ei que est  $a g$ . Sed et  $c d$  ei que est  $a c$  erat equalis: et  $c d$  ei que est  $a g$  erit equalis. Duabus igitur datis rectis lineis inequalibus eis q̄ sunt  $a b$  /  $c d$ : a maiore que est  $a b$  minori que est  $c d$  equalis abscissa est ea que est  $a g$ : quod oportebat facere.

**Geometrie Euclidis a Boetio translate Finis.**

**Impressum Parisij in officina Henrici Stephani e regione Schole decretorum sita. Anno Christi siderum conditoris 1511. Decimo die Nouembriis.**



Handwritten text at the top of the page, appearing as bleed-through from the reverse side. The text is mirrored and largely illegible due to fading and bleed-through.

Second block of handwritten text, also appearing as bleed-through from the reverse side. The text is mirrored and largely illegible.

Third block of handwritten text, appearing as bleed-through from the reverse side. The text is mirrored and largely illegible.

